

Rutilii Zenon
stis sancti Mar
riofissimum Ale



I ex
xand
pene
crofa
rus me contuliff
hi liber animus c
ter me unum aliu
tasse mea orario
citati minusq; me
meam comitteret
prater imbecillit
diocri ingenio p
cendo sustinere t
nonnihil. B. P. i
hominum confet
mo toti9. R. P. C
rarum (ut ita dica
contremiscere. C
non qua hic stru
tore utar sermon
munere ampliffi
bi Pontificatus: t
gui etia penitus t

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

o
u
a
ni
æ
or
n
o
y
n
p
r
n
o.
li
n
t

134

¶ Rutilii Zenonis serui inutilis Iesu Christi Antis-
titis sancti Marci pro Ferdinando Italo Rege ad glo-
riosissimum Alexandrum Sextum Pont. Summum
Oratio.

SI ex meo huc iudicio. P. Beatissime Ale-
xander Sexte Pont. Summe in conspectu
pene diuino Beatitudinis tuæ & huius sa-
cro sanctissimæ sedis Apostolicæ dictu-
rus me contulisset: profecto nunc omni pauore mi-
hi liber animus conquiesceret. offenderem enim præ-
ter me unum alium neminem. Siquid in dicendo for-
tasse mea oratio parum disertis hominis & minus exer-
citati minusque memoris per diuturnam ualitudinem
meam committeret. Impresens uero quam considero
præter imbecillitatem mearum uirium in maxime me-
diocri ingenio personam excellentissimam quam in di-
cendo sustinere tam repete coactus sum non possum
non nihil. B. P. in tanto illustrium doctissimorumque
hominum confesso atque ordine: & in tam celeberrimo
totius R. P. Christianæ atque adeo totius orbis ter-
rarum (ut ita dicam) theatro hoc eminentissimo non
contremiscere. Cogitandum siquidem mihi est. B. P.
non qua hic structura in dicendo uerborum aut ni-
tore utar sermonis: Nemini profecto in huiusmodi
munere amplissimo congratulandi summi istius tibi
Pontificatus: tuæque Sanctitatis extollendæ uel elin-
guit etiam penitus uerba locupletissima deesse possent

ita ultro atq; undiq; diuinarum laudum tuarū cam-
pus patentissimus argumētaq; uberrima interdīcen-
dum se offerunt. Mihi in dicendo accuratissime con-
quirendum est non quod me in tanta amplitudine
tua dicere delectaret. P. B. hominem tuæ beatitudi-
nis & huius sacrosanctissime sedis apostolicæ laudis
ac gloriæ ab ineunte ætate cupidissimum: sed diligē-
tissime mihi suspiciendum quid Sanctitatem tuam
potius & hanc celsitudinem perbeate. S. apostolicæ
audire deceat; meq; item exponere Ferdinandi. R. in-
uicti nomine conueniat sacrosanctissimæ maiesta-
tis tuæ & huius almæ sedis apostolicæ filii certe q̄ ob-
seruantissimi. Quæ summa est eius animi constan-
tissima magnitudo: par omnibus in rebus prudētia
grauitas: modestia: humanitas & mansuetudo. Plusq;
insignis eadem hoc est uiuacissima & maxime ar-
dens Religio atq; in ipsum deum immortalem fla-
grantissimus cultus. Mirum itaq; & incredibile di-
ctu est: P. B. quanta Rex inclitus lætitia & q̄ nō uul-
gari gaudio sit perfusus pro mutua & antiqua beni-
uolentiā illa inoffensaq; familiaritate ac perdulci cō-
suetudine quæ inter uos pariter cum florente ætate &
cumulo honorum ad hunc usq; faustum tibi & for-
tunatum diem mirifice creuit: percepto statim nun-
tio declarationis Summi Pontificat⁹ tui supremæq;

25

135

dignitatis. Eapropter Rex Religiosissimus hos ue-
nerabiles Præsules: hos excellentes & illustres uiros:
ac totius Regni sui primarios ciues & me postremo
Legatos ad Sanctitatem tuam quæ celeriter fieri potu-
it per aduersam ualitudinem suam mittere studuit.
Qua quidem ornatissimæ legatiõis in quo magis fer-
uentissimi eius erga Sanctitatem tuam amoris luce-
ret publico testimonio splendor Federicum secundum
suum genitum Principem hunc illustrem præfecit
præclarissimis eius rebus gestis nunquam satis meo
iudicio laudatum uirum: cuius splendorẽ modestiæ
ut tua Sanctitas nouit humanissimeque integritatis a-
grestes remote & inimice & nationes & uerentur e-
gregie & diligunt nõ uulgariter. Quam ob rem san-
ctissime Pontifex in ista tam sublimi celebritate at-
que culmine Summi Pontificatus tui ut tantum mu-
nus eius nomine beatitudinĩ tuæ congratularemur
Legati huc profecti sumus Antistes diuinæ totius
R. P. Christianæ.

¶ Præsul Sanctissime uniuersi generis humani no-
uum & mirabile sidus lumine incredibili micans ar-
dentissime religionis dulcissimeque sanctimonie tue
iam pacẽ reuocãs simul & introducẽs in Rẽp. Chri-
stianam ueluti ex longo quodam postliminio uene-
no squalentẽ funestissimorum bellorum ciuiliũque discor-
diarum Impator & Rex unice Romanorum moderatorque

terrarū in solio Christi iam nullius brachio aut gla-
dio egens terreni hominis legionibus & armis coele-
stibus hoc est pontificiis tonitruis atq; fulminibus
munitus gloriosissimeq; accinctus. Quem hodie ut
excellētissimo nobis munere diuino datū est in hoc
tanto ac tam celeberrimo beatorum fratrum tuorū
Reuerendissimorū Cardinalium sanctissimaq; apo-
stolica huins sedis concilio in celsitudine ista sacro
sanctissima maiestatis tuæ atq; sceptri sedētem uicē
gerentē xp̄i rerū oīm cōditoris redēptoris saluatoris
fœlicitatorisq; nr̄i oīm dei optimi Max. Vicariū ue-
rissimū: uicariū integerrimū: uicariū sacrosct̄issimū:
ducē populi xp̄iani uigilātissimū pastore atq; patrē
totius humani generis indulgentissimum brachiis
apertis ac deuotissimis animis salutamus contem-
plamur suscipimus ueneramur atq; ad sacratissimos
pedes tuos ex Christi amore dei Optimi Max. pro-
cumbentes quanta possumus reuerētia atq; cultu in
tua mortalitate ipsū deū immortalem contuentes
adoramus qui te populo xp̄iano conseruādo iam diu
procellis & tempestate per diuturna publicorū odio-
rum intestinarumq; simultatum periclitanti & pe-
ne inclinato clam pereuntium seculorū prouidentissi-
me præfecit ut non ab re. B. P. Alexandri tibi faustū
& præclarum nomen totius orientis uictoriis nobi-
lissimis: optimisq; spoliis ornatissimū perditissimis
cætera temporibus nostris nutu dei cuius iniussu ni

136
hīl fit seruatū putem. Suscipe igitur tu nunc. P. S.
munera atq; uota supplicia Regis integerrimi defe-
cati animi eiusq; ardentissimæ in te colendo uolunta-
tis simul & sempiternæ de more maiorum obedi-
tie perpetuæq; obseruantia in sacrosanctissimā hanc
apostolicam sedem flagrantissimā eius amoris ac fi-
dei æternæ immortalia monumenta: quæ oīa nos bea-
titudinī tuæ eius nomine gloriosissime Pont. q̄ pie
atq; caste possumus offerimus & litamus in sede ista
mundissima immobili: & uelut ara diuina ac loco acce-
ptissimo ipsi deo immortalī sanguine Iesu xpī filii
eius & cruore innocentissimo adhuc nostris sceleri-
bus mortalium undiq; profluente tepenti & maden-
te hæc oīa desuper eodem ipso deo immortalī pietissi-
mis & iustissimis oculis cum toto exercitu & classe
beatorū totaq; cœlesti uictrici & triumphanti illa mi-
litia supernorū accolarum prouidentissime inspectā
te. Quod reliquū est existimo Pōt. Beatissime opus
nunc nō esse morari ulterius Sanctitatem tuam in
cōmemorandis innumerabilib⁹ beatitudinis tue lau-
dibus aut in recensenda Regis serenissimi erga maie-
statem tuam incolumi obseruantia & in hanc sapien-
tissimā sedem ap̄licam uetere & antiqua mente præ-
sentiq; animo. Cumulus nāq; amplissimarū laudum
tuarum. B. P. eiusmodi est ut uix ille quidem orōne
cuiusq; p̄stringi possint si eas & sanctus pudor tuus
& honestas spectādē uerecūdiē corā explicari aliquo

modo pateret ita sancte ac fortiter per septē & trigin-
ta fere annos in militiā hac xpī primarius Cardinalis
in maximis semper gerendis rebus optimus quidem
athleta te exercuisti ut gloriosissimū Calixtū Sum-
mū Pont. auunculum tuum optime cōsulendo atq;
agendo præclarius tanq̄ in speculo quodā rarissimæ
integritatis tuæ in omni genere laudis representare
& excellere mirifice uidearis. Illud uero qđ ad Regē
probissimū attinet nō tā eius uerba grauissimi hoīs
q̄ facta maxime egregia magnificentissimi principis
testatum pntibus & posteris quoties res tulit in su-
sceptione amantissime oīum laborū pro tuenda & il-
lustrāda maiestate diuini cultus sanctissimæq; hui9
sedis aplice conseruādo splendore laudatissime reli-
querūt. ¶ Hoc profecto ipm est qđ nunc Opt. Rex
instituti excellentis & antiq̄ moris cū maiorū oīum
illustriū suorū tum ul' cū primus diui Alfonsi Regis
patris sanctissimi pntisq; desiderii sui optie memor
pollicet & spondet in hoc ipso munere oblate & præ-
stitæ Sanctitati tuæ sempiternę obediētia pietatis re-
uerentiæ atq; amoris summi erga te sui nō solū for-
tunas: quod certe in donis humanis minimū semper
fuit manus sapientibus q̄tum in terris quodcūq; lu-
cet fragile atq; caducū est breuiq; cū ipsa umbra inte-
ritur: sed cum amplexu oīm periculorū expositōneq;
florētis regni labores uniuersos ingenuus industriā
operā studium atq; curā terra mariq; quantum eius

137

tulerint vires maritimo terrestriq; exercitu: se de-
mū ex xp̄i amore & obseruantia dei Oot. Max. nul-
lius alterius. ergo prius sibi liberisq; suis q̄ beatitudi-
ni tuæ eccl̄iasticæq; maiestati excolēdæ esse unq̄ de-
futuræ. Et qñ oportuerit pro amplificando numine
diuini cultus: itē sacrosanctissimæ huius Ro. ec. prin-
cipis dei decreto & Regina gentiū tuæ beatitudinis
& hui⁹ aplice sedis bono q̄te ac maiestate uobis cō-
seruanda atq; augēda aduersus quoscunq; sc̄tā & ui-
etricia arma cape. ¶ Hæc sunt sanctissime Summe
Pont. quare ad beatitudinē tuā legati missi sumus q̄
hæc ad. S. tuæ pedes exponerem⁹ id Beatissime Pōt.
qd̄ si minus elegāter licuit p̄ angustias tpm: at certe
qd̄ nobis supest liberæ perq̄ obseruatissime pegimus
Proinde obsecramus & obtestatur beatitudinē tuā
& sacrosanctā hanc aplicam sedē plenī p̄fecto spei se-
renitatē intuentes sacerrimī cōspectus ur̄i eo aīo atq;
ea beniuolentiā munera hæc Regia suscipiatis qua
ip̄e Rex p̄stantissimus ardētissima obseruantia & in
sc̄tām ur̄am auctoritatē excellentissima pietate ante
ipsius xp̄i oculos equissimī iudicis archana oīa secre-
tior i cordiū mortaliū perferat̄is sacrificia hæc sua
sanctitati tuę sempiternæ oblatę & prestite obedi-
entię nostris expiatis manibus atq; ore dicatissimo be-
atitudini tuę ac celsitudinī sacrosanctissime hui⁹ se-
dis aplice duce & bene iuuante deo amantissime &
maxime reuerenter obsignauit misit & obtulit.

Finis.

